

rabiliter Possessor rei petita, etiam civili possessione, cum Jure lucrandi fructus, ita ut reus solum possit de Jure proprietatis contendere. fol. 207. n. 124.

Secundum Decretum, Actori necessarium & utile in actione personali, creditur: Jus Magistratus, quo Actorem, qui custodit causam in possessionem bonorum pro modo debiti praetensi missus jam est, ob adversarij continuatam contumaciam, verum possessorem decernit, & contumacem possessione in penam contumaciae privat. Imo, si reus fuit dominus rei, etiam dominio privat, si non fuit, sed putabatur esse, tribuit Actori Jus praeribendi. f. 207. n. 125. Saepè decernitur rerum detentarium venditio. f. 208. nu. 129. & Emptore non comparante, decernitur in solutum. n. 130.

Hoc Decretum non habet locum in debitis in diem, vel conditionatis, conditione non existente. n. 126.

In possessione bonorum non allodialium, transferretur Jus percipiendi fructus eiusque, donec satisfiat debito: nam dominium transferri non potest. n. 127.

Elapso post primum decretum anno, Actor accedere debet Judicem, & allegata contumacia petet sibi bona decerni adjudicari in solutum. Judex adversarium citabit, & monebit, ut praestanda praestet: si recuset, aut non compareat, tunc cognita contumacia & actionis Jure, fit secundum decretum. f. 207. n. 128.

Tempus interponendi hujus decreti, arbitrio Judicis relinquatur, qui tamen non facile ante annum lapsum id interponet. f. 208. n. 130.

Si post hoc decretum compareat reus, & alleget causas relevantes absentiae, movens quaestionem de debito, restituatur in integrum. n. 131.

Forma hujus decreti ponitur. n. 131. Ad interponendum hoc decretum, requiritur plena debiti probatio, vel formalis vel aequivalens, hoc est completa per Juramentum, ad quod reus iterum citandus est, & contumax habetur pro confesso. n. 133.

Contumacia non permittitur in Jure puniri ultra duas uncias auri, hoc est, 16. Ducatis Venetis. f. 209. n. 134.

Copiae Fideiatae.

Vide. *Transsumpta*.

Cooperans.

Tomo 1.

Cooperans ad damnificationem alterius, tenetur ad Restitutionem si in fluxit in damnum, etiam si eo non cooperante damnum illatum esset. f. 141. n. 373.

Quo ordine, & quousque teneantur Cooperantes pro damno dato restituere, vide Restitutio.

Sunt autem cooperantes: Mandans. Consulens. Consentiens. Palpans. Recipiens. Tacens, Non obfians, non manifestans. ibid.

C

Correi.

Tomo 3.

Correi non solum illi dicuntur, qui in Contractu stipulationis sunt Correi stipulandi vel promittendi, sed in quovis alio contractu. quando eadem res pluribus debetur, dicuntur correi credendi, quando debetur à pluribus, dicuntur correi debendi. fol. 85. num. 58. Plura de Correis vide. *Stipulatio*.

Quomodo Correis conveniat beneficium divisionis, vide. *Fideiussorum beneficia*.

Creditor.

Quinam ex Creditoribus habeant jus prioritatis, vide. *Prioritatis Ordo inter Creditores*.

Tomo 5.

Creditori agenti contra debitorem, asserentem, se totum debitum solvisse, & partem solutam fatenti, incumbit onus probandi, non fuisse totum solutum. f. 285. n. 30.

Culpa.

Qualis culpa theologica requiratur ad fundandam obligationem restituendi ex injusta laesione, seu secunda radice Restitutionis, vide. *Dammum iniuriarum datum*.

Tomo 1.

Culpa obligans ad restitutionem, quandoque provenit ex negligenti administratione officij, quandoque ex violatione obligationis inita per contractum ad certum gradum diligentiae praestandae, quandoque, ex alia injusta laesione juris alieni. f. 104. n. 183.

Culpa duplex est. Theologica, & Juridica. Illa est peccatum contra Justitiam. haec est omisio aliquis diligentiae debita. cod. n. 184. Juridica est quintuplex. Latissima. Latiore. Lata. Levis. Levissima. Latissima est dolus apertus. Latiore, dolus praesumptus. Lata, intermissio diligentiae communis, & in Jure saepe (non semper) dolo comparatur, Levis est omisio diligentiae quam homines providentiores solent adhibere, & saepe in Jure venit nomine Culpa simpliciter posito. Levissima est omisio diligentiae exactissima. In Judicis non fit differentia inter Culpam Latiorem, & latam. f. 104. nu. 185.

Culpa lata praestanda est Regulariter in contractibus cedentibus in utilitatem illius, cui alter obligatur. Levis in illis, qui in utilitatem utriusque, Levissima, qui in utilitatem solius obligati. f. 114. n. 246. De quibus omnibus magis in specie videndum in singulis speciebus Contractuum.

Tamen si diversitas obligationum ad diversas culpas praestandas, ultimatae proveniat à constitutione legum, datur tamen ex ipsa rerum natura etiam aliqua diversitas. v.g. diligentia quae in Commodatario qua tali esset communis, in Depositario qua tali esset major. adeoque hujus culpa levis posset in commodatario dici lata, formaliter & comparative spectata. Juridice tamen & materialiter vocatur culpa levis. f. 114. num. 248. ubi per exemplum declaratur.

Quando

D.

Dammum Injuriarum vel sine Injuriarum.

Tomo 1.

De hoc vide imprimis, *Aquila Lex. Delictum vel Quasi. Noxalis Actio. Restitutio*.

Dammum sine culpa Theologica datum, nullam parit in conscientia obligationem reparandi. Jure naturae, sed comparatur casui fortuito, sicut si ab amente factum esset, quia non voluntarium. f. 104. n. 187. Cum hoc tamen fiat, quod obliget ad reparationem damni, etiam si erravi circa personam, dummodo in genere fuerit voluntarium. 190.

Ex peccato veniali ob defectu plenae advertentiae, si (ut aliqui volunt, sed male) nasceretur obligatio, ea esset non solum ad partem, sed ad totum. f. 105. n. 191. Ex semiplena advertentia, non nascitur obligatio ad reparandum damnum grave, utpote in ratione gravis non voluntarium. f. 106. n. 195.

Ex pluribus damnis levibus successive factis, & denique damnum grave inducentibus, adhuc nascitur obligatio gravis ad restituendum tantum, quo restituito non remaneat damnum grave. f. 106. n. 197. Non tamen nascitur haec obligatio praecise ex peccato veniali, prout habet rationem culpa, sed ex conventionem & consensu tacito illi culpa annexo, quo quisvis quacunque laesione voluntaria voluit esse obligatus ad restituendum damnum, quod voluntarie intulit. fol. 108. n. 208. & seqq.

Qui per errorem putat, damnum à se inferendum majus esse, quam reipsa sit, affective quidem gravius peccat, sed non tenetur ad amplius, quam reipsa damnificavit. f. 110. n. 218.

Volens alium laedere, seu graviter seu leviter, non tenetur ad damna extrinseca subsecuta, & insuspiciabilia. f. 110. n. 219.

Qui ex culpabili inconsiderantia non attendit ad damna prudenter opinabilia, forte subsecutura, tenetur ad ea quae evenirent. f. 110. nu. 220.

Qui ex invincibili ignorantia existimat, damnum non esse connexum cum sua Actione, sive sit intrinsecum sive extrinsecum, sive secundum estimationem erroneam laedentis Actio sit leviter, sive graviter damnosa, non tenetur ad amplius, quam ad quantitatem damni existimatam. f. 110. n. 221.

Nunquam inducitur obligatio restituendi pro damno secundum se sibi licito praecise ex intentione nocendi. f. 112. n. 229. & seqq.

Omnis Actio inductiva nocumendi alieni, sine commodo meo à lege mihi concessa, est injusta, inducens obligationem reparandi damnum, etiam si damnum non fuerit intentum. f. 113. num. 240. Quando autem Actio per ipsam intentionem sit nociva, inducit obligationem restituendi. 241.

F 3

Damni

Quando quis ex constitutione Legum ad certum genus culpa cavendum obligatur, tunc nisi expresse aliter conventum fuerit, obligatur etiam in conscientia ad illam culpam vitandam ex Justitia. f. 115. f. n. 249. Non tenetur tamen ante Judicis Sententiam ob culpam ex inculpabili inconsiderantia commissam; & quia Judex ex praesumptione culpa procedit, tenetur quidem parere Sententiae, sed habet Jus occulte compenlandi. 250.

Curatela. Curator.

Tomo 1.

Curatela differt à Tutela, quod primario datur bonorum administrationi, & non praecise ob defectum aetatis. f. 343. n. 217. Durat ab anno pubertatis usque ad 25. annum, si praecise datur ob defectum aetatis. Jure Bavarico usque ad 21. fol. 344. n. 220.

Curator non datur invito nisi ad litem. Imò in causis spiritualibus, ut Matrimonio, Beneficio &c. & quae annexa sunt, quisquis pubertatem adeptus est, potest sine Curatoris & Patris consensu per se vel per Procuratorem respondere. Quodsi impubes sit, adjugetur ei ab Episcopo, vel ejus Vicario Curator aut Procurator. f. 344. nu. 220. Plura Curatoribus & Tutoribus communia, vide *Tutor*.

Curator non datur de Jure communi invito nisi ad litem. Testamento datus debet confirmari. f. 363. n. 315.

Curatores non tantum dantur Minoribus, sed etiam alijs, qui rebus suis praesae non possunt, ut furiosis, prodigijs, aegris, surdis, mutis &c. f. eod. n. 317.

Curator convenitur utili Actione tutelae, item Actione negotiorum gestorum, quae datur etiam durante curatela, sicut etiam Actione ex stipulatu. f. eod. n. 318. & seqq.

Curatori datur Actio utilis contraria. f. 364. n. 321.

D.

Damnatus.

Tomo 2.

Damnatus pena capitali ante ultimam Sententiam potest cum Testamento decedere, secus post latam Sententiam, neque testari amplius potest. f. 48. n. 221. & seq. & iterum tomo 6. f. 323. num. 568.

Si damnatus non habeat liberos aut conjunctos usque ad tertium gradum, bona filio adjudicantur. Imò in crimine laesae Majestatis omnibus exclusis. f. 49. n. 222.

Damnatus ad perpetuos carceres, testari non potest. f. eod. n. 221.

Damnatus etiam ob Carmen famosum, intestabilis est. f. 50. n. 226.

Damni illati quantitas peccatum mortale requisita & sufficiens, consistit quidem in indivisibili, sed moraliter indemonstrabilis: neque hujus ignorantia obest, quin potius prodest humano generi. f. 124. n. 287. Regula cognoscendi hanc quantitatem non recte constituitur in certa summa pecuniaria. 286. Neque ultimata explicatur per hoc, quod debeat esse notabilis, estimabilis &c. 288. Probabilis est opinio, pro diverso genere hominum diversam esse assignandam quantitatem. 289. & seqq. Probabilis tamen est, ex natura rei unam eandemque quantitatem esse sufficientem ad peccatum mortale pro quacunque hominum conditione, nisi per accidens fiat, ut minor quantitas sit laeso gravis. f. 127. n. 299. & seqq. Ex eo quod aliqua certa damnificatio sit dissolutiva amicitiae inter homines, non recte inferitur, quod etiam sit dissolutiva inter Deum & hominem, adeoque sufficiens ad mortale. f. 130. n. 317. Homines in examinanda quantitate sufficiente ad peccatum mortale, non recurrunt communiter ad vim dissolutivam amicitiae, & inductivam inimicitiae. 318. Estimabilitas damni est explicanda per aliquem effectum physicum & experimentalem. f. 131. nu. 320. Non potest commodior assignari, quam tristitia seu animi dolor aut molestia, moraliter imperio voluntatis inimpedibilis, spectata communi hominum complexione. 322. & seq.

Non est ad praxin probabilis opinio, statuens pro quantitate ad peccatum mortale requisita Duos aureos, aut pro sufficiente Duos baccos. Aliae taxationes non faciunt Regulam universalem, sicut nec illa, quae taxat pretium operarii diurni. f. 32. nu. 327. & seq. Melius assignatur illa quantitas pro praxi, quae impendi solet congruae sustentationi hominis plebei unico die pro cibis ordinatis, Vestitu, & habitatione sufficiente ad bonam conservationem sui absque luxu, & superbia, & maxime communis, ut sunt communiter Cives & Opifices commode & frugaliter viventes: seu, quantum plebejus civis aut opifex solet uno die circa equinoctium lucrari. In nostris partibus erit plerumque medius florenus. f. 132. n. 329.

Damnum injuria datum etiam fuisset postea aliunde forte subeundum, est tamen a ledente reparandum, nisi futurus interitus potuit probabiliter praevideri. fol. 139. n. 367.

Si res apud dominum peritura, elapso deinde periculo, v.g. erepta jam ex incendio, deinde apud filium pereat, non peritura apud dominum, si fuisset restituta, tenetur fur ad restitutionem totius valoris. f. 140. n. 368. Si vero fuisset eodem infortunio apud dominum peritura, probabilis est, furem ad nihil teneri, n. 369. nisi apud furem ex negligentia periret. n. 371.

Si damnum ab uno datum, alius aequè daturus fuisset, adhuc tenetur damnificans. 140. n. 371. Injustè damnificans non excusatur ab obligatione reparandi, etiamsi cum damno duplo majore suo facienda sit restitutio. Ad differendam tamen resti-

tionem cum spe postea restituendi, sufficit, si damnum excederet quadruplo illud quod damnificato affert dilatio. f. 143. n. 392. & fol. 104. n. 490. & seqq. Si nulla sit spes postea restituendi, tenetur saltem dare pauperibus, vel ad alias pias causas. Ut penitus excusetur, debet damnum in restitutione subeundum excedere quadruplum summam restituendam. Et si non potest restitui totum, ob gravitatem damni incurrendi, potest tamen cum damno majore restitui pars, haec restituenda est. f. 143. nu. 393.

Qui alterum laedit in anima, sive dementando, sive in pernitiosum errorem inducendo, tenetur ad damnum hoc emendandum, & etiam ad subsecuta compensanda. fol. 201. n. 722.

Inducens ad peccatum mortale consilio vel precibus non importunis, ad nullam restitutionem ex justitia tenetur, nisi esset alteri damnosum, vel fieret per metum; tunc enim teneris metum tollere, damna secuta Restituere, ignorantem docere media poenitentiae. Si per fraudem induxisti, teneris tollere fraudem, & errorem. f. 207. n. 723.

Debitor. Debitor.

Tomo 1.

Quem ordinem servare debeat Debitor in solvendis debitis, si omnibus solvendo non est, vide *Prioritatis ordo*.

Debitor morosus, & de quo verisimile est, quod sit solvendo, potest mitti in carcerem, non quidem poenalem, sed tædialem. fol. 151. n. 425. non item qui notorie solvendo non est. 426.

Non esset iniquum statutum, ut qui solvendo non est, tenetur ad operas statui suo convenientes, & à debitore praestandas, sine extraordinario gravamine. fol. 152. n. 428. Probabile tamen est, quod de facto Jus ex commiseratione erga debitores sine culpa insufficientes ad solvendum, restat additioni ad operas. fol. eod. n. 430.

Debitor quatenus gaudeant beneficio Cessionis, vide, *Cessio Bonorum*.
Quinam gaudeant beneficio competentiae, vide, *Competentiae Beneficium*.

Debitor debitis gravatus & in Judicio convictus, de fuga suspectus, habet à Jure sibi concessum spatium quatuor mensium, intra quod si creditoribus non satisfaciatur, urgentibus creditoribus Judicis officio pignora capiuntur Judicialia, ut publice subhastentur, inventa vendit & satisfaciatur creditoribus, in horum defectum, nisi persona sit privilegiata, ad instantiam creditorum incarceratur donec satisfaciatur, nisi notorie constet, non esse solvendo. fol. 153. n. 434. Sunt autem personae privilegiatae. 1. Mulieres honestè viventes, etiamsi resculent bonis cedere, & debitum sit ex delicto. n. 434. 2. Milites. 3. Nobiles & Illustres. 4. Doctores & Professores. 5. Clerici. n. 435.

Habet tamen debitor electionem inter Carcerem & Cessionem bonorum. fol. 154. n. 436.

Ad hanc electionem cogi non potest debitor, qui jurejurando affirmat, se nihil ad solvendum reliquum

liquum habere, & insuper non sua culpa aut negligentia, sed ex accidenti, adversis casibus ad inopiam reductum esse. f. 154. n. 437.

Debitor ultra vires facultatum prohibentur à Sede Apost. ingredi Religionem, quibusdam exceptis. f. 165. n. 493.

Debitor ex delicto habens debita incerta, tenetur jure naturae distribuere ad causas pias. fol. 405. nu. 38. Plura de debitis incertis ex contractu, vel alio modo, vide *Restitutio*. & *Jus prioritatis*.

Debitor quomodo praescribantur, vide *Praescriptio Servitutium*. *Actionum & obligationum*.

Debitor certae speciei seu individui, liberatur ejus interitu casuali. f. 161. ubi exemplum.

Decimae.

Decimae à Laicis quo tempore praescribi possint, item immunitas à Decimis, vide *Praescriptio Maeria incapax*.

Defensor.

Tomo 4.

Defensor alterius non permittitur esse Reus criminis, priusquam crimen purget. fol. 222. n. 690.

Tomo 5.

Defensor est, qui pro Reo causam agit absque mandato, & ideo voluntarius dicitur: nec tenetur aliam litem prosequi quam sponte susceptam. fol. 169. n. 473. & seq.

Procurator in rem suam non tenetur causam conventionis defendere, nisi fraus intervenisset. n. 475. ubi casus.

Defensionem potest ipse Judex, alio deficiente adducere, si ex actis appareat. n. 476.

Invitum nemo defendere permittitur. bene tamen contumax & palam delinquens. fol. 170. nu. 478.

Defensor satis dare debet de Judicato solvendo. n. 479. etsi locuples sit. n. 480. & bona immobilia habeat. 481. non est tamen de substantia Judicij. n. 482. Insuper in certis casibus satis dare etiam debet de rato. quos vide. n. 483. & seq.

Defensor post satisfactionem non potest desistere, etiamsi reus fiat non solvendo. fol. 171. n. 485. & contra eum datur actio ex stipulatu. num. 486.

Delegatio.

Quid sit Delegare, vide *Novatio*.

Deliberandi jus.

Tomo 2.

Jure deliberandi quinam possint transmittere hereditatem, vide *Transmissio Hereditatis*.

Jus deliberandi est facultas heredi concessa, ut intra certum tempus consulat, & perquirere possit, an hereditatem sibi delatam adire, vel potius repudiare velit. fol. 448. n. 645.

Tempus deliberandi conceditur à Principe an-

nus, ab inferioribus Magistratibus novem menses. eod.

Forma in eo consistit, ut pendente tempore non solum creditoribus hereditariis, sed etiam haeredibus institutis Praetor vel Magistratus subveniat, illisque copiam faciat Instrumentorum inspiciendorum, unde instruere se possint, expediatne agnoscere hereditatem. Item sit copia inspiciendi Tabulas Testamenti, aperiendi, & describendi, sine quibus haeres non scit, quanam onera illi imponantur. Incipit autem deliberatio elapsis novem diebus post mortem Testatoris. fol. 149. n. 646.

Deliberatione pendente, nec creditor pignora distrahere, nec haeres quidquam alienare ex bonis hereditariis, vel diminuire possunt, nisi decreto Praetoris interveniente, & cum causa cognitione. fol. eod. n. 647.

Delictum vel Quasi.

Ex quasi delicto quomodo teneatur Judex, vide *Judex*. Item *Notarius v. Notarius*.

Quinam teneantur ex lege Aquilia, vel ex quasi delicto, vide *Aquila lex*. item. *Aedes*. item. *Incedium*. item. *Exercitor*. item. *Noxa*.

Tomo 1.

Qui tenetur ad reparationem damni ex Quasi delicto, non obligatur in conscientia ante Judicij sententiam ad praestandum id quod leges statuunt. fol. 101. n. 172. Neque tenetur ex naturalis aequitate ad aliquam compensationem. 176. Probabile est, quod sine culpa theologica damnificans, & condemnatus, possit solummodo occultè compensare. 178. Si culpa intervenit theologica, tenetur ad compensationem ante sententiam, & obligatio transit ad haereses. 180. non tamen ad excessum poenalem à Judice inflictum. 181.

Tomo 6.

Delicta alia dicuntur Publica, alia Privata. Illa ab his principaliter differunt, quod plerumque unusquisque de populo admittitur ad accusandum: in privatis solus, cujus interest. fol. 61. n. 1. Universaliter tamen denominatio sumitur à lege vel consuetudine enumerante inter publica ad certas effectus. Unde posset ex Publico fieri Privatum. n. 2. & seq.

Quos autem effectus diversos habeant, vide f. 62. nu. 5. & seqq.

Delicta, quorum poena est vel mors, vel exilium, dicuntur Capitalia. f. 63. n. 13.

Delicta Ordinaria dicuntur, quae certum habent criminis titulum, certà lege & poena comprehensa, quae & legitima appellantur. fol. 64. n. 18.

Jure Canonico illa delicta dicuntur Enormia & Atrocita in ordine ad forum externum, ex quibus etiam post peractam poenitentiam aliquid remanet de poena, impediens Ordinum executionem, vel Beneficij retentionem, & unversim, ob quae infamia

Delicta incurruntur. fol. 64. n. 21. Jure Civili verò tale reputatur, cui respondet poena gravior, quam esset poena ultra tertiam partem bonorum hominis divitis. n. 22.

Delicta, quae non commissa dolose, sed ex temeritate, reputantur Juridice inter non atrocita. fol. 65. n. 23. Commissa verò cum dolo, & appensate, cum gravi damno alterius, vel Republicae, reputantur inter atrocita. n. 25.

Delicta alia sunt Notoria notorietate Juris, alia Facti. Illa sunt, de quibus constat vel ex actis, vel ex confessione Judiciali, vel ex sententia transeunte in rem judicatam. Haec verò, quae nulla tergiversatione celari possunt. f. 66. n. 28.

Quis numerus hominum de delicto sensibus percepto attestantium sufficiat, ut sit Judici notorium, arbitrio Judicis pro Communitatum diversitate committitur. fol. 66. n. 29.

In delictis Notoriis potest Judex ex officio nemine accusante procedere, absque Juris ordine. n. 32. Potest esse ita evidens, ut ne quidem citatione opus sit, quod tamen raro contingit, nec facile omittenda citatio. n. 33. Debet etiam Judici probata esse notorietas per idoneos testes. f. 67. n. 35.

In jisdem non admittitur appellatio, dummodo non fiat à Judice ad quem Inhibitio. n. 36. Neque admittitur Recursio Judicis tanquam suspecti. n. 37.

Delicta regulariter praescribuntur spatio 20. annorum quoad accusationem, non tamen quoad actiones civiles. fol. 70. n. 51. & seqq. Possunt tamen semper opponi in vim Exceptionis. f. 71. n. 54. Si pariat delictum actionem etiam civilem breviori tempore praescribibilem, etiam brevius praescribitur actio criminalis. n. 55.

Praescriptio delictorum eo modo interruptitur, quo modo alia. fol. 74. n. 70.

Sicut in Civilibus, & in foro civili (in Ecclesiastico non habet terminum) instantia perimitur triennio, ita in criminalibus, & utroque foro perimitur biennio, computato à die litis contestatae, vel inceptae inquisitionis. f. 75. n. 73. Nisi tempus lapsum esset negligentia Judicis. n. 74. Perit etiam morte accusatoris, nisi Judex velit & possit per inquisitionem procedere. n. 76.

Si reus crimen confessus est, non perit instantia per lapsum temporis. f. 76. n. 77. Neque etiam perimitur, quando causa agitur in Consistorio Principis. f. 76. n. 77.

Mortuo, vel mutato Judice, conceditur Succesori novus annus. n. 79.

Super delicto, à quo quis semel absolutus est, non potest regulariter denuo molestari. f. 76. n. 80. nisi alius accusator, ignarus prioris accusationis, suam aut suorum injuriam prosequatur. n. 81. aut prior accusator pravaeatus esset. eod. Conclusio procedit, etiam si praesice ob defectum probationis absolutus esset. f. 77. n. 83.

D.

Post absolutionem tamen ab observatione Judicij, potest causa denuo tractari. n. 84. sicut etiam post absolutionem in Judicio Inquisitionis, potest denuo accusari. eod.

Pluribus delictis concurrentibus, nullius impunitas datur. fol. 78. n. 86. & seqq. ubi plura exempla & corollaria.

Generalis Regula, quod in atrocioribus delictis conatus aequè puniatur, videtur in defectu dinem abijisse. fol. 175. n. 506.

Delicta aliqua dicuntur atrocita, aliqua atrocissima, nempe illa, à quibus, quamvis natura per se ita abhorreat, ut propterea raro fiant, adhuc tamen ad haec etiam raritatem magis impediendam necesse sit supplicio mortis speciali modo exasperari. fol. 105. n. 15. ubi exempla.

Deportatio.

Tomo 2.

Deportati hodie sunt in Imperio, qui ultra quatuor Imperij sylvas mittuntur. Non possunt testari, nec cum testamento prius facto decedere. fol. 48. n. 219.

Deportatis admittitur Jus Civitatis, & per hoc differunt à Relegatis, & tales sunt in Imperio missi ultra 4. sylvas. fol. 5. n. 18.

Deportatio est meri Imperij, sicut etiam Relegatio. n. 19.

Depositio Contractus.

Tomo 3.

Depositario plures haereses relinquente, si unus eorum dolum vel latam culpam in re deposita committat, ceteros haereses non gravat. fol. 83. num. 53.

Tomo 4.

Depositum est Contractus re initus, nominatus, Juris gentium, bonae fidei, quo res gratis custodienda alicui traditur, eo sine, ut eadem illa in specie (sive individuo) quocumque deponenti libuerit, restitatur. fol. 250. n. 775. Per accidens tamen fieri possit, ut non esset res deposita restituenda petenti, resistente alia virtute, v.g. Charitatis. eod.

Non obstat obligationi restituendi, si tempus adjectum esset, per quod res esset custodienda, quia terminus non adijceretur in praedictum deponentis, sed ad definiendam obligationem alterius. fol. 250. n. 776.

Non est tamen contra naturam hujus contractus, adijci pactum in commodum Depositarii, quo ponatur certa conditio, ante cujus impletionem non teneatur reddere depositum. fol. eod. n. 777. ubi exemplum: Quodsi insuper data esset potestas utendi illo tempore, possit habere rationem precarj, vel contractus innominati, vel mutui. f. 251. nu. 778.

Non peccaret depositarius, utendo re deposita absque ejus deterioratione, putans bonam fidem, quod

quod deponens non esset in vitus. fol. 251. n. 779.

Si deponatur res fungibilis cum translatione dominij in casum quo eam velit depositarius alienare, adhuc tenetur rationem Depositarij, sed haberet admixtum aliquid de Mutuo. Nec tamen in tali contractu haberet locum Exceptio non numeratae pecuniae. f. eod. n. 781. Hujusmodi depositarius si esset in mora restituendi, teneretur ad usuras solvendas pro tempore mora, eo quod Depositum sit contractus bonae fidei. f. 252. n. 784. In tali casu Dominium non transferretur in Depositarium, quamdiu reipsa non utitur, & ideo periculum ad deponentem spectat, si tamen post contractum daretur facultas utendi, censeretur factum mutuum, & statim transferretur dominium. f. 252. n. 785.

Dividitur Depositum in illud quod est *Juris*, & illud quod est *facti*. Depositum Juris est, quod vel ad sistendum usurarum cursum, vel ad inducendum liberationis effectum apud Magistratum interponitur. f. 254. n. 787. Depositum Facti est, quod eo animo contrahitur, ut Depositarius ad custodiam obligetur, & dicitur Conventionale, quod inter privatos est consuetum. n. 788.

Depositum Conventionale subdividitur in Voluntarium & Necessarium, hoc est quod sit exigente aliqua necessitate vel periculo perdendi rem nisi deponatur. Qui voluntarium depositum perfidè restitueret recusat, condemnatur solum in simplicium: qui verò necessarium, condemnatur in duplum. eod.

Dividitur etiam in Depositum simpliciter sic dictum, & Sequestrum. de quo vide *Sequestrum*.

Favore domini constitutum est, ut ex depositione à servo facta, domino actio acquiratur. fol. 261. n. 811.

Pupillus deponere quidem potest, non tamen Depositum accipere sine Tutoris autoritate; nec obligatur, nisi in quantum locupletior est factus. f. 261. n. 812.

Servo deponenti, item Religioso, potest depositum tunc reddi, esto non possent in judicio exigere. eod. Clericus & Religiosus possunt Depositum accipere, quamvis Religiosus male agat accipiendo sine consensu praesumpto Abbatis. f. 262. n. 813.

Si Depositum in utilitatem Ecclesiae vel Monasterij versum esset, eatenus obligarentur. eod.

Fur & Praedo possunt depositum in judicio repetere. fol. eod. n. 814.

Non est contra conceptum Depositum, quod fiat in re immobili, ita ut, etiam si aliquid de mandato admixtum habeat, ratio tamen depositi sit principalior, & praevalcat in ordine ad effectum praestationum, ut non teneatur de levissima, imò nec levi culpa. f. eod. n. 815. & seqq.

Si res deponatur apud eum qui rei depositae est dominus, nec tamen dominium in continenti appareat, æquum est, possessionem repenti restitui, & deinde agi de proprietate. f. 263. n. 818. Si verò dominium statim appareat, non datur actio deponenti. n. 819.

D.

Regulariter & de Jure communi, tenetur Depositarius solum de culpa lata. De Jure Bavarico videtur etiam de levi teneri. Potest tamen pacto se ad majorem diligentiam obligare, & contra ab omni culpa se deobligare. f. 264. n. 820.

Si quis plura Deposita habet, nec potest in periculo omnia salvare, electio est penes Depositarium. eod.

Etiam si Depositarius in rebus propriis esset negligentissimus, adhuc tamen ratione depositi teneretur de culpa lata. f. eod. n. 821.

Quando Depositarius accepit mercedem pro custodia, tenetur etiam de culpa levi; quamvis potius ex conducto, quam depositum. f. 265. n. 822.

Quando Depositarius proficitur aliquam artem, vel exercet aliquod officium, vi cuius tenetur ad majorem diligentiam, tenetur etiam ad eandem ratione depositi. f. eod. 823. ubi vide exempla.

Si Nauta, Caupo &c. protestentur & moneant, ut quisque res suas illatas custodiat, dum res est integra, non tenentur, bene tamen si protestatio fiat postquam res non est integra, v.g. quia navis jam solvit, & ideo non possunt res amplius alibi deponi. f. 266. n. 825. Non liberantur, nisi protestentur, etiam si gratis recipiant. n. 826.

Qui se sponte offert, tamen si nullam utilitatem capiat ex deposito, tenetur tamen ad culpam levem. imò ex praesumptione quandoque etiam ad levissimam. f. 266. n. 827. ubi vide exemplum & declarationem.

Quando depositum fuit necessarium ob imminens periculum, adhuc depositarius tenetur tantum de culpa lata. f. 267. n. 830.

Deponens rem nocivam tenetur etiam de levissima culpa. f. eod. n. 831.

Deponenti competit actio Depositarij directa. Depositario contraria. Directa tendit ad hoc, ut res deposita custodiatur, & si jure repetatur, restitatur, & commissa culpa ultimatim solvatur. f. 268. n. 832. Contraria tendit ad estimationem damni ex culpa levissima deponentis rem nocivam, & ad sumptus factos in rei conservatione. eod.

Si plures rem communem divisibilem deposuerunt, quivis tantum ad partem debitam restituendam agere potest. si indivisibilem, non tenetur uni agenti restituere, nisi praestita cautione, quod reliquis deponentibus velit satisfacere pro sua parte. fol. 268. n. 833.

Ad depositarium in mora existentem pertinet casus fortuitus, & rei periculum. f. eod. n. 834.

Actio directa competit etiam heredi tam directo quam fideicommissario. f. 269. n. 833.

Si ex pluribus haeredibus unus suam partem recepit, altera pars casu pereat apud Depositarium, damnum pertinet ad illum solum, qui partem suam non recepit. nu. 836. & seqq. ubi vide, quomodo unus haeres sine alio possit suam partem consequi.

G

Etiam

Eriam in casu commissi doli, & inde nata obligationis, datur actio directa depositi adversus heredem depositarii, etiam si nihil ad eum pervenerit. Hæres tamen solum in simplicium conveniri potest in casu depositi necessarii, ex quo depositarius in duplum conveniri potest. 170. n. 829. Si unus hæredum dolum commississet, posset in solidum conveniri, esto ceteroquin, & præcisè ut hæres non nisi pro parte quâ hæres conveniri possit. n. 840.

Si ambo hæredes rem depositam dolo interverterunt, tunc si quis nocumentum intulit partialiter partialitate effectus, conveniendi sunt singuli partialiter: si verò res deposita fuit individua, & ad damnum singuli ita concurrerunt, ut quisvis in forum damnum indivisibiliter sumptum influxerit solum partialitate causa, singuli in solidum conveniri possunt. Quod si species ipsa restitui non potest, sed ad æstimationem devenitur, non nisi pro parte hæreditaria singuli conveniuntur. Uno non existente solvendo, alter conveniri ulterius potest. fol. 170. n. 841.

Si unus ex pluribus hæredibus conventus habet facultatem restituendi totum depositum, & non restituit totum, condemnabitur in solidum f. 271. n. 842.

Si hæres bonâ fide rem depositam alienaverit, & ex pretio accepto locupletior factus sit, teneatur cognatè pretium restituere. f. 271. n. 843.

In deposito non est locus compensationi. f. eod. n. 844. adeo quidem, ut nec esset, si re deposita æstimatio deberetur: & in hoc habet depositum speciale prærogativam præ commodato. f. 272. nu. 848. Neque etiam esset locus si deponens haberet vicissim depositum. n. 849.

Jure communi (secus jure Bavarico) non potest Depositarius recusare restitutionem Depositi, donec sibi solvantur impensæ in rem depositam factæ. f. 273. n. 850.

Si res deposita fuit oppignorata antequam deponeretur, non potest Depositarius hoc prætextu recusare restitutionem, nec uti exceptione pignoratitiâ, bene tamen, si postquam deposita, oppignorata est. f. 173. n. 852.

Deponenti in subhastatione bonorum depositarii, non præferitur uxor ratione dotis quoad rem depositam, si ea adhuc existat. fol. 274. nu. 854.

Si rei depositæ æstimatio debetur deponenti, deponens nullâ gaudet legali seu tacitâ hypothecâ, vi cuius alijs creditoribus præferri possit. f. 275. n. 856.

Quamvis deponens vi depositi non habeat ullum jus reale in bonis depositarii, præferitur tamen alijs creditoribus personalem tantum actionem habentibus. An autem præferatur privilegiatis, non est in Jure satis clarè decisum, Legibus inter se valde

pugnantis. quarum probabiles Conciliatioes vide. f. 275. n. 857.

Qui deposuit pecunias apud alium ut usuras acciperet, censetur privilegio renuntiâsse, & ideo veniit in ordine creditorum nullum privilegium habentium. f. 277. n. 861.

Quamvis Dos ob legalem hypothecam deposita quoad æstimationem debito præferatur in concursu creditorum, superatur tamen à deposito in alijs prærogativis, quas vide. f. 277. n. 862.

Quando deponentis bona sunt confiscata, depositum fisco, non deponenti restituendum est. eod.

Non repugnat ex natura rei Depositum ita celebrari, ut depositarius possit ad libitum restituere depositum. fol. 278. n. 863.

Si nihil expressè in pactum deducatur, præsumitur Depositarius se obligasse ad custodiendum tamdiu, quamdiu vel non reperetur à deponente, vel non emerferit causa improvisa, argens liberationem à cura depositi. fol. 278. n. 864.

Creditori deponentis prohibitum est denuntiare depositario, ne depositum restituat deponenti antequam sibi satisfiat: quod etiam procedit in pensionibus, & panibus civilibus, per modum alimentorum debitum. fol. 279. n. 866.

Detractio.

Tomo 1.

Detractio est alienæ famæ injusta apud alios denigratio seu diminutio. & est idem quod Juristis *Diffamatio*. f. 170. n. 170. Fit non solum verbis, sed etiam factis; non solum offendendo falsum, sed etiam manifestando occultum verum. eod. Vide *Diffamatio. Surratio*.

Detractio est peccatum specie distinctum Theologicè à Temerario Judicio. f. 170. n. 527.

Detractio in re gravi, quamvis apud unum solum hominem facta, qui rem secretò tenebit, nec aliud damnum inde timendum est, est per se loquendo, peccatum mortale. f. eod. num. 529. & seqq.

Qui notitiam alieni delicti vel defectus injustè comparavit, tunc, si incidat casus, in quo posset licitè hujusmodi notitiam comparare, potest uti notitiâ jam habitâ, & delictum vulgare in casu necessitatis. f. 171. nu. 535. secus non potest, ob quamcumque necessitatem aut periculum evitandum. n. 536. Si verò notitiam justè comparasti, nec accepisti sub secreto, tunc si mihi ex silentio immineret damnus, quale non teneor ex charitate subire ad famam proximi servandam, possum manifestare, ut me indemnem servem. nu. eod.

Publici

Publicitas seu Notorietas rei excusat à vitio detractionis. f. 172. n. 539. Et imprimis Notorietas Juris adeo sufficit, ut possit crimen publicari etiam in locis, quò alioquin ejus notitia non facile pervenisset. n. 540. Quæ verò sunt notoria Notorietate facti, possunt in illis locis vulgari, cum quibus potest facile haberi commercium litterarum: & talia sunt communiter quæ sunt notoria in aliqua Civitate, non item quæ in aliqua strictiore Communitate, quales sunt Religiosorum. 541. Imò etiam defectus Notorius in aliqua Civitate quandoque talis esse potest, ut ob grave incommodum inde timendum, non debeat alibi vulgari. 542. Notorietas facti si per oblivionem aboleatur, redit obligatio non evulgandi. 543.

Quoad Numerum personarum, solet tradi Regula generalis, cum numerum sufficere, ut moraliter non sit spes de non ulterius vulgando, etiam si prohiberetur. In praxi solet pro Communitate, quæ v. g. constat Centum hominibus, assignari 15, vel 20. pro constante quinque Millibus, triginta. Quod si dubium est, an regula tradita verificetur, non licet evulgare. f. 173. n. 544.

Crimen scienter falsum non licet evulgare, quantumvis esset plurimis persuasum. liceret tamen restari de fama existente, non asserendo crimen. f. eod. n. 545.

Homini necdum existentis sed nascituro, potest graviter detrahi, cum obligatione retractandi, sicut & homini defuncto, de cuius æterna damnatione non constat. f. 173. n. 546.

Ad leniendum animi dolorem præcisè, non videtur licitum vulgare Injuriam ab alio mihi factam, bene tamen, si evulgatio servit ad propulsandam injuriam. f. 174. n. 548.

Delictum Subditi quod ad Superiorem non ut Judicem, sed ut Patrem delatum est, per se loquendo non potest Superior alijs manifestare, nisi cum limitationibus quæ recensentur. f. eod. n. 550.

Non solum ex Charitate, sed (ob communem Auctoritatem DD.) etiam ex Justitia obligatur impedire damnus alienæ famæ, quod ex nostra Actione etiam inculpabiliter posita imminet, si possimus sine gravi incommodo. f. 175. nu. 452. & seqq.

Accusatus de crimine vero, sed non convictus, negando crimen, non teneatur ad restitutionem famæ Accusatoris aut Testium, si per accidens laesa est. f. 175. n. 556.

Detractor teneatur restituere famam non solum apud immediatos, sed etiam mediatos auditores, quamvis per accidens varijs modis excusari sæpè possit. f. 176. n. 557.

Crimen falsum injustè impositum, retractandum est omni meliore modo quo potest, etiam sub Juramento, si opus sit. dummodo non sit subeun-

dum longè gravius damnus detractori per retractationem. f. eod. n. 559. Verum verum potest revocari, dicendo se non dixisse verum, subintelligendo: veritate publica: item laudando eum cui detractum est. f. 177. n. 561.

Obligatio reparandi famam injustè laesam, cessat potissimum ex quinque capitibus. 1. Si fama aliunde recuperata est. 2. Si superinducta est stabilis oblivio. 3. Si infamatus postmodum alia vi famam amisit. 4. Si rationabiliter præsumi possit, infamatum condonare retractationem. 5. Si infamatio facta est per modum justæ defensionis. f. 177. n. 562.

In læsione famæ, non est locus compensationi per reciprocam infamationem. unde non excusaris à restitutione famæ, si ab eodem æqualiter infamatus es, nisi dilatio restitutionis conduceret ad obtinendam ab altero restitutionem. f. 178. n. 568. Plura vide *Diffamatio*.

Dieta.

Tomo 5.

Dieta Legalis extendit se ad viginti millia passuum. Sed in Jure Canonico Dieta solet intelligi vulgaris. f. 33. n. 141.

Diffamatio. Diffamator.

Huc spectant quæ dicta sunt. v. *Detractio*.

Tomo 1.

Ex lege *Diffamari. C. de Ingeniis manumissis*, habetur hodie Jure communi universale remedium pro infamatis, ut Judicium diffamatorum institui tuere possint. Est instituendum apud Judicem diffamati. Non est Actio, sed Judicis imploratio. f. 180. n. 577. Tendit ad hoc, ut Diffamator citatus, probatâque diffamatione eò adigatur, ut in termino præfixo coram Judice compareat, & causas diffamationis, sub pœna impositionis perpetui silentij, deducat. si non compareat, pro injuriâ atrocitate puniendus. n. 578.

Diffamanti integrum est convenire diffamatum in causa principali apud alium Judicem ejusdem diffamati, qui nunc sit reus, non obstante quòd prius apud alium Judicem egerit ex lege *Diffamari*. Nec potest uti Exceptione *Litis pendenti*. f. 237. n. 280.

Diffamans potest à Sententia silentium imponente appellare, etiam si contumax fuerit. f. 562. n. 381. & seqq.

Diffidatio.

Tomo 6.

Diffidare est, inimicitias denuntiare, bellum indicere, hostem se declarare. f. 95. n. 159.

Si Diffidator, bellum denuntians, est subiectus Imperio, nec habet ab Imperatore facultatem diffidandi, incidit in crimen læsæ Majestatis; nisi vis vi repellenda esset. n. 163.

G 2

Ad

Ad incurrendas poenas diffidatoribus statutas, sufficit, diffidationem factam esse conditionate, n. 164.

Comminatio alicujus specifici mali inferendi, non est proprie Diffidatio. f. 96. n. 165. Talis in carceratur, donec fide jubeat. f. 97. n. 173. Si fugiat ad loca suspecta, potest gladio puniri. eod. Diffidatio est species violatae Pacis publicae. nu. 166.

Pœna Diffidantium est in Imperio ultimum supplicium. Et extenditur etiam ad illos, qui litteras diffidationum scribunt, vel concipiunt. nu. 168.

Pœnitentia diffidationis factæ tunc solum prodest, quando ex diffidatione necdum turbatio orta est. n. 169.

Pœna quandoque moderamen accipit ob conditiones diffidatoris. f. 97. n. 172.

Dignum magis & minus.

Tomo 5.

Non est universum verum, quod magis dignum trahat ad se minus dignum; sed tunc solum, quando causa dividi commodè non possunt. fol. 94. n. 325. & seqq. ubi exemplis declaratur.

Dilationes.

Tomo 5.

Postquam Actor libellum Reo edidit, conceditur Reo dilatio ad deliberandum, an litigare velit. f. 121.

Definitur Dilatio in genere: certi Terminii ad Judiciales actus perficiendos assignatio vel prorogatio. n. 201.

In qualibet Judicij parte solent dari dilationes: & aliquæ etiam post litem finitam. earum species vide ibid.

Quæ dantur initio litis, vocantur; Citatoriar: quæ post libelli oblationem; Deliberatoriar: & sunt 20. dies. n. 202. hodie ex Judicis arbitrio. f. 222. n. 203. In medio litis dantur Probatoriar, attentâ locorum distantia. n. 204.

In causis civilibus non nisi unica dilatio singularis Actibus & negotijs emergentibus indulgetur. n. 205. In criminalibus dantur reo tres dilationes, Accusatori duæ causâ cognita. Excepto crimine adulterij, ubi solum dantur ad exhibendas personas, nisi Judex aliud ex qualitate negotij arbitretur. n. 206.

Dilationes Probatoriar Actori non dantur, quando Reum ad Judicem extraordinarium à Principe delegatum trahit. n. 207.

Concessio Dilationis facta uni Parti alterâ absente, valeret si sub conditione ratihabitionis adversariae Partis concederetur, & ratihaberetur. f. 222. n. 210.

Dioecesis.

Tomo 1.

Dioecesis nomine non venit in odiosis Civitas

D.

Episcopalis, nec nomine Dioecesanorum habitantes in Civitate Episcopali. fol. 59. n. 321.

Dispensatio.

Dispensatio quomodo cesset cessante causâ finali, vel alio modo, vide. *Privilegium.*

Tomo 1.

Dispensatio est exemptio alicujus à lege. fol. 53. n. 302. ubi declaratur ejus differentia ab alijs.

An Deus possit dispensare in Lege Naturali, sit tandem questio de nomine, & in aliquo sensu concedi potest, in alio negati. fol. 54. n. 303.

In Jure Divino Positivo ne Summus Pontifex dispensare potest, quia Pontifex in se talem potestatem non agnoscit. fol. 54. n. 304. & seqq.

Inferior non potest in lege Superioris dispensare, nisi in Casibus concessis. fol. 55. n. 309. Casus concessi tacite vel expresse, receduntur à n. 312. ut, si materia sit parvi momenti, vel non nisi sub veniali obliget. si casus sint frequentes, in eventa extraordinario: in dubio, an opus sit dispensatione. si sit consuetudo dispensandi, ex magna causa necessitatis & utilitatis, & pluribus alijs, in specie relatis. fol. 56. n. 313.

Secum ipse potest dispensare Superior in illis casibus, in quibus potest dispensare cum alijs Subditis, ut in votis, juramentis, irregularitatibus, alijsque impedimentis vel obligationibus, imò & pœnis, nisi expresse prohibeatur, vel pœnam per Sententiam incurrisset. fol. 57. n. 314. Cum peregrinis potest dispensare in lege communi eo modo quo cum alijs subditis. non tamen in votis, impedimentis &c. nisi quando habet presumptam voluntatem Superioris proprii territorij. 316.

Legislator in sua lege valide quidem, sed non licite dispensat sine causa. fol. 57. n. 317. Inferior nec valide. eod. existente causâ sufficiente, tenetur quandoque Superior dispensare, quandoque non. fol. 58. n. 318.

Dolus. Doli actio.

Quando Dolus vitiet Contractum, vide. *Contractum informatio.*

Tomo 5.

Doli mali plures sunt vindiciæ: ut actio de dolo, & exceptio. actio in factum. restitutio in integrum, pœna stellionatus. fol. 16. n. 97.

Actio de dolo est Prætoria, Personalis, subsidia-ria, famosa, quâ petitur, ut acceptor rem ipsam, si potest, restituat, si non potest, interesse & restitutionem. Durat duobus annis ut actio, perpetuè ut exceptio. eod. & num. seqq.

Actio de dolo non datur ob quamcumque le-ven summam, cum sit famosa: quare si summa non excedat duos aureos, sufficit actio in factum. fol. 17. n. 100. capta ante lapsum biennij, sed non absoluta, perimitur. n. 101.

Tomo 5.

Tomo 5.

Dolus malus est omnis calliditas, fallacia, Machinatio ad circumveniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita. fol. 237. n. 250.

Dolus committi etiam potest merâ dissimulatione, & locum habet exceptio Doli. eod.

Plura vide: *Exceptio doli mali.*

Domestici.

Quinam veniant nomine Domesticorum in causa testamentaria, ut in testamento testes esse non possint, vide *Testamenti scripti requisita. & Testium testamentorum habilitas.*

Domicilium.

Tomo 5.

Acquiritur animo habitandi perpetuè in tali loco. h. e. indefinitè. fol. 77. n. 349. Studiosi acquirunt, si post 10. annos domum emant aut constituent. fol. eod. Si quis quatuor anni temporibus ex æquo in quatuor diversis locis moraretur, quatuor haberet domicilia. fol. 78. n. 350. ubi regula constituendi domicilij. Non sufficit quasi domicilium quoad forum contentiosum, bene tamen, ut quis subijciatur Parocho. n. 351.

Domicilium muratum censetur, quando à loco habitationis bonorum, major pars in alium locum transfertur, & inde discessum est, animo non redeundi, sed ibi manendi. fol. eod. n. 352.

Dominium.

Tomo 1.

Dominium plenum & perfectum, prout inter homines reperitur, est Jus perfectè disponendi de re corporali, nisi lege prohibeatur. Vel sic. Est Libera facultas disponendi circa rem vel personam, quoad usus vel actiones lege permissas, non impedibilis licite ab alijs. fol. 210. n. 1. & seqq. ubi pluribus declaratur. Brevius dici potest, esse Jus in re tam amplum & universale, ut in tali re nullus alius homo jus habeat stabile & perpetuum. 5. Lex prohibens aliquâ dispositionem, licet non minuat jus reale, minuit tamen aliquod jus personale. 6.

Dominium plenum non consistit in dominio directo cum exclusione dominij reflexi, hoc est, facultatis alienandi. fol. 211. n. 8. & seqq. ubi impugnatur subtilitas cujusdam Recentioris.

Dominium plenum potest dupliciter sumi. 1. prout excludit Dominium imperfectum, v.g. Vitale, & hoc sensu debitor manet plenus dominus pignoris. fol. 212. n. 31. Secundo, accipitur strictissime, ut excludit omne jus alterius in tali re, quo sensu debitor non est plenus dominus rei oppignorate. Quia tamen jus pignoris non est stabile, ideo adhuc potest dici plenus dominus in communi acceptance. 12.

In Dominij definitione non est necesse addere

D.

particulas. aut vindicandi. neque. Nisi vi prohibeatur. fol. 212. n. 13.

Bonorum inalienabilium dominium non est plenum & perfectum. fol. 213. n. 14. Idem dicendum de dominio directo sine utili, & de dominio rei cui servitus imposita. n. 17. & seqq.

Dominium ejusdem rei in Solidum, non potest simul esse penes duos. fol. 215. n. 20. Unde in instanti donationis vel translationis dominij, transfere-rens non habet dominium absolutum. fol. 217. n. 32. Neque dispositio translativa dominij est usus dominij absoluti, sed conditionati, convenientis donatori per denominationem proveniente à dominio absoluto, quod habuit in instanti immediate precedente. n. 33. e contra is in quem transfertur dominium, est in illo instanti dominus dominio intrinseco & completo, quamvis in illo instanti non possit illud in alium transferre. 34. & seqq.

Dominium est quandoque revocabile resolutâ causâ illius. fol. 272. n. 270. & fol. 272. n. 270.

Dominium an repugnet statui Religioso. vide. *Religiosus. Forum.*

Dominium hominis quomodo acquiratur aut amittatur. vide. *Servus. Manumissio.*

Donatio.

Tomo 3.

Est liberalis datio, quæ nullo Jure cogente, ex sola animi benignitate alteri ut conceditur. Quâ definitione etiam Remuneratoria comprehenditur: quamvis in odiosis non veniat nomine Donationis. Antecedenter ad traditionem Donatio definitur: Conventio legitima, quæ acceptante donatario ad rem liberalitate donantis alienandam utriusque consensu perficitur. f. 122. n. 139.

Hoc sensu accepta Donatio, est Contractus proprie dictus, pariens obligationem civilem, nempe, Conditionem ex Lege. Quia verò non ab omnibus pro contractu habetur, ideo in odiosis non comprehenderetur nomine Contractus. f. 123. n. 140.

Qui bonâ fide donaret alteri rem alienam, à quo titulo gratitudinis aliquid acciperet, & sic occasione rei alienæ fieret locupletior, deberet remunerationem restituere domino rei alienatæ. eod.

Donatio Remuneratoria non requirit, ut merita remuneranda non fuerint ex ulla virtute debita. f. eod. n. 142.

Si Donans sit persona non prohibita donare simpliciter seu gratuito, ut illius donario habeatur pro remuneratoria, sufficit eam talem asseri à donante, etiam si merita non probentur. f. 125. n. 146.

Donatio ad turpen causam.

Conjuges habentes administrationem bonorum communium

G 3

communium, si quæ turpiter sine alterius consensu expendant, tenentur ex bonis proprijs refarcire. f. 125. n. 147.

Militum meretrices non tenentur turpiter donata restituere nisi post Sententiam. An autem illud donum adjudicandum sit militi, an Fisco, est attendenda consuetudo. f. eod. n. 148. Non rectè tamen hoc Jus revocandi extenditur ad Clericos, multò ineptius ad Doctores, Licentiatos, Advocatos. eod.

Judicibus prohibentur Jure Digestorum dari imuna, quæ non sunt Esculenta & Poculenta. item Jure Novellarum. f. 126. nu. 149. denique Jure Canonico. 150. quo Jure Delegati Summi Pontificis redduntur incapaces domini aliorum munerum, & tenentur etiam absque Sententia restituere: quod tamen non est extendendum ad Jus Sæculares. eod.

Donationis excessivæ Insinuatio.

Donationes ultra 500. solidos de Jure communi, & ultra 1000. florenos Jure Bavarico, ut valent, sunt insinuandæ, tribus exceptis. 1. Pro Redemptione captivorum. 2. Donatione factâ militibus. 3. Donatione ad restitutionem ædium incendio absumptarum. f. 126. n. 151.

Solidi septuaginta duo, ex communi opinione, unam auri libram, & quingenti quasi septem libras constituunt. Aliqui volunt, solidum æquivalere Aureo Ungarico. f. 127. n. 152.

Constitutio Juris requirens insinuationem, non extenditur ad donationem mortis causâ. fol. 127. n. 153.

Donationes propter nuptias si excedant 500. solidos, ex parte mariti sine insinuatione non parant ei æquale lucrum ex dote in casum mortis uxoris vel injusti repudij, ex parte uxoris valent etiam sine insinuatione. f. eod. n. 154.

Donationes ad causas pias universim non videntur indigere insinuatione. f. 128. n. 155.

Etiâ Inferiorum Principum donationes non indigent insinuatione. f. eod. n. 156.

Juramento potest firmari donatio excessiva, ut non possit ob neglectam insinuationem revocari. f. eod. n. 157.

Forma sciendæ insinuationis pendet ex locorum consuetudine. f. 129. n. 158. ubi exemplum refertur.

Quando pluribus simul minores summa donantur, quæ tamen simul excedunt 500. solidos, ut indigeant vel non indigeant insinuatione, considerandum est, an fiat uno impetu, ut donatarij moraliter uniantur. eod.

Non est opus insinuatione, si quis successivè & absque fraude legis, eidem donat minores summas, tandem 500. solidos excedentes. f. 129. n. 159.

Insinuatione opus est, si donatio consistat in remissione debiti, cessione, pacto de non petendo

&c. ultra valorem 500. solidorum, etiam si diversis causis fiant. f. eod. n. 160.

Donatarius potest excessum bonæ conscientia, tamdiu retinere, donec à donatore repetatur. fol. 130. n. 161.

Donans neglectâ insinuatione, potest bonâ conscientia revocare excessum ultra 500. solidos. fol. eod. n. 162.

Donationes reciprocæ habentes debitam similitudinem, etiam si excedant 500. solidos, non habent opus insinuatione, quia habent potius rationem commutationis. eod.

Excessus repetitur conditione sine causa. f. eod. n. 163.

Donatio omnium bonorum, & reciproca in tempus mortis.

Donari possunt res quævis existentes in patrimonio nostro, & in commercium cadentes, corporales, & incorporales, mobiles, immobiles. fol. 131. n. 164.

Jure Naturæ licita est donatio omnium bonorum presentium & futurorum, quoad proprietatem, retento usufructu. Valet etiam, nequidem retento usufructu, facta ad pias causas. eod. Imò nullo jure positivo evinci potest, hujusmodi donationem etiam ad causam profanam esse irritam: neque efficacia ratione probatur esse irritandam. fol. 132. n. 167. & seqq.

Donatio omnium suorum bonorum, sub his terminis comprehenderet etiam actiones, nomina, & jura. fol. 133. n. 171. an autem hujusmodi donatio se extenderet ad futura, considerandum est, qualis animus in donante præsumi possit, & plerumque præsumeretur non voluisse comprehendere. n. 172.

Donatio Reciproca in casum seu tempus mortis omnium suorum bonorum, saltem ex consuetudine valet, nec Jure reperitur clarè improbatâ. fol. 134. n. 174.

Donatio inter Virum & Uxorem.

Donationes inter Conjuges varijs juribus irritantur, ita ut nec naturalem nec civilem obligationem inducant tradendi rem donatam: sed nec fidejussionis cautione roborari possunt. fol. 135. nu. 175. Neque valerent, si per interpositas personas fieret, nisi aliarum personarum rerumque causa inseparabilis commixta esset. fol. eod. n. 176. Neque valerent remissio pretij rei vendita. eod.

Neque etiam valerent, si donatio quidem ante nuptias facta esset, sed primum post nuptias executioni mandata, ex dispositione & intentione donantis. eod.

Potest tamen donatarius rem donatam bonâ conscientia tamdiu tenere, quamdiu non revocatur.

tur, nec morte donantis confirmatur. f. 136. nu. 177. Idem dicendum de donationibus factis ante Matrimonium consummatum. n. 178.

Casu quo matrimonium est nullum, si uterque consensu est nullitatis, valet donatio. Imò valerent, etiam si solus donans sciret. Si tamen donans ignarus fuit, non valet, ob defectum consensu. f. eod. n. 179.

Non valet donatio inter Sponfos, hac Lege, ut Donatarius dominium nanciscatur, cum nuptiæ fuerint secutz. Nisi futuritio nuptiarum esset potius adjecta ut conditio, cujus verificativum jam existat, etsi ignoretur à donante, qui si sciret, jam absolute donaret. f. 137. n. 180.

Neque valet donatio inter illos, qui aliquo modo conjuges contingunt per patriam potestatem, v. g. facta Nuriâ Socero. f. eod. n. 181.

Jure Bavarico valet donatio inter conjuges si non existent liberi, nec superveniant: si superveniant, donatio annullatur. eod. in fine.

Donationes conjugij non revocatz, confirmantur morte donantis. fol. 138. nu. 182. Requiritur tamen ad has donationes, ut facta fuerit rei donatæ traditio, & in hoc differunt ab alijs mortis causâ donationibus. f. eod. n. 183. Sufficit tamen traditio facta, quæ fit per clausulam *constitui*. eod.

Donatario prius moriente, evanescit donatio, non obstante factâ traditione. f. 138. n. 184. Præsumeretur tamen pro valore donationis, si ambo v. g. eodem infortunio perirent, nec constare possit, quis prior obierit. f. 139. n. 185. Quod si mutuo sibi donassent sub hac conditione, si alter pervixit, adhuc videretur utriusque donatio valere, quia conditio videretur solum requisita fuisse ad hoc, ut alterius hæres omnia haberet. eod.

Revocatâ donatione, etsi non recuperatâ possessione, evanescit donatio, nisi de novo donaretur. f. eod. n. 186. Sufficit autem revocatio tacita, v. g. rei donatæ oppignori proprio nomine donantis facta. Non sufficeret tamen hypotheca generalis. n. 187.

Si rem donatam donans relinqueret eidem conjugij in ultima voluntate, per verba ambigua, potius ut donatio confirmaretur, quam ut legatum, adeoque retrotraheretur quoad fructus perceptos in vita donatoris, & deberetur, etiam non aditâ hæreditate; nisi ob excessum omisâ insinuatione non posset morte confirmari, tunc enim haberet rationem legati. fol. 140. nu. 188. Imò non videretur donans recedere à priore donandi voluntate, etiam si claris verbis rem donatam legaret; sed adhuc confirmaretur in vim donationis. f. 140. n. 189.

Consuetur etiam Donatio tacite revocari secuto divortio per animorum aversionem: item per ingratitude donatarij, & per graves inimicitias, nisi successerit reconciliatio. eod.

Confirmatâ donatione per mortem donatoris, retrotrahitur donatio quoad fructus perceptos vivo donatore, ut eos consequatur donatarius per-

inde acti statim factâ donatione dominus fuisset. Quoad excessum tamen, neglectâ insinuatione, sicut non confirmaretur, ita nec retrotraheretur. f. 141. n. 190. Ut autem donatarius fructus lucratur, non requiritur, ut putet donationem valuisse, satis est, quod sciverit, se posse bonâ fide colligere, cum spe, futurum ut confirmetur. eod. Retrotrahitur non solum quoad fructus industriales, sed etiam quoad naturales. Imò revocatâ donatione non tenetur restituere industriales eod.

Donatio Conjugum assimilatur Legatis in revocabilitate & detractione Falcidia, & quod non possit præjudicare legitimæ: Contractibus verò, quia requirit acceptationem, traditionem, & insinuationem, & quod confirmetur absque hæreditatis additione, & absque solennitatibus ultimarum voluntatum. f. 141. n. 191.

Per Professionem in Religione successione capaci, non confirmatur donatio, sed potest revocari usque ad mortem naturalcm. f. eod. nu. 193. Si verò donans profiteatur in Religione incapaci successione, statim confirmatur, nec est expectanda mors naturalis. eod.

Morte civili, quâ maritus donans efficitur Servus pœnæ, confirmatur donatio, non item quâ fit Servus hominis, tunc enim donatio evanescit, nisi dominus vellet ratificare. fol. 142. num. 194.

Si donans esset Uxor, per ejus condemnationem ad mortem, donatio penitus evanesceret, nec confirmaretur. eod.

Solâ capitis maximâ diminutione, per deportationem & exilium, in aliquo sensu dicitur confirmari donatio, in aliquo sensu manet suspensa, & revocabilis à marito. f. eod. n. 195.

Confirmari potest Donatio inter Conjuges Juramento, quo donans juret, se, quantum in se est, nolle habere Jus, neque suos hæredes, revocandi donationem. f. 142. n. 196.

Reciproca donationes, etiam diverso tempore factæ, non egent confirmatione per mortem, nisi quoad excessum & inæqualitatem notabilem, vi cuius alter est factus locupletior. f. 143. num. 198. & seqq.

Donationes Remuneratoriæ inter conjuges, non egent confirmatione per mortem, cum habeant potius rationem compensationis quam donationis. f. 143. n. 201. & seqq.

Donationes factæ ob conditionis disparitatem, si fiant in ipso actu donis constituendæ, valent irrevocabiliter, non autem factæ post matrimonium contractum; in quo tamen consuetudo attendenda. f. 146. n. 207.

Donatio quæ fieret, si maritus caveret, se datem (non solutam) accepisse, non valet, morte tamen confirmatur. fol. 147. n. 208.

Valet irrevocabiliter donatio facta marito ab uxore ad faciendas expensas pro honore adipiscendo. f. 147. n. 209. Item valet donatio facta ex commiseratione aut pietate. n. 210.